

**Anthropotomes historico-chondrologicae conspectus systematicus /
[Christian Gros].**

Contributors

Gros, Christian.
Sigwart, Georg Friedrich, 1711-1795.
Universität Tübingen.

Publication/Creation

Tübingen : Erhard, 1758.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/knuvh9c2>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

ANTHROPOTOMES HISTORICO - CHONDROLOGICAE CONSPECTVS SYSTEMATICVS.

QVEM,
DEO CLEMENTER IUVANTE,
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO
IOH. CAROLO LVDOVICO,
COMITE PALATINO RHENI, DVCE BAVARIAE,
COMITE VELDENTIAE ET SPONHEMII,
rel. rel.

PRAESIDE
GEORGIO FRIDERICO SIGWART,
PHIL. MED. ET CHIR. D. HVIVSQVE ET ANAT. P. P. O.
FAC. MED. SEN. ET MED. AVL. WIRT.

PRO LEGITIME IMPETRANDIS
SVMMIS IN MEDICINA HONORIBVS

DEFENDET
CHRISTIANVS GROS, Kircho - Teccensis.
D. VIIII. AVG. clb lccclviii.


TVBINGAE, LITTERIS ERHARDIANIS.

On n'est plus ingénieux, que pour se tromper.

N.

*Per summa cacumina tantum
Ire iuvat rerum*

LVCAN.



PRAEFATIO.

D*esiderata inter physico-medica dudum retuli exactiorem
multiplici nomine perutilis Chondrologiæ, maxime
anatomologicæ, doctrinam. Hanc proinde in præ-
lectionibus & demonstrationibus meis anatomicis cura-
tius traditurus, ad hasce facilitandas Summam illius, Dnn.
Auditorum calamis excipiendam, subinde exhibere, necesse
fuit. Consultum ea propter esse existimaui, in præsentibus &
futuros usus eadem fidelia duos in præsentem dealbare parietes,
unum nempe ex parte Nobiliss. Dn. CANDIDATI,
qui, ut haberet, quo inauguralis Speciminis loco vires
suas comprobet, academicum petiit Scriptum, alterum vero
ex mea meorumque Dnn. AUDITORVM, sollertiorumque in
rebus anatomicis, ultra colendis, OPTIMORVM COMMI-
LITONVM parte, utpote qui ab isto labore jucunde nos
ita liberatos esse videmus. Ut Anatome animalium, ita An-
thropotome humanorum corporum structuris cognoscendis
eruditam navat operam. Utriusque nominis Anatome
alia historica est, alia, a qua illa proficiscitur, practica.
Chondrologia cartilaginum indaginem objectam habet,
chemiologica earum mixtionem, anatomologica earum
structuram explorat. Inde elucet, quid sibi velit defini-
te positus illius Disciplinæ character, cujus conspectus
heic exhibetur systematicus. Conspectum enim volo,
adeoque ne quidem illius compendium, ab illo omnino di-
stinctum, multoque proinde minus pleniorum ejus tracta-
tionem. Neque tamen qualemcumque volo conspectum,*

sed molior, si non plane assequor, systematicum, hoc est talem, quo & integrum, & eo, quo decet ordine, nullisque partitionum fallaciis turbato, emetiri possimus, & levi opera perlustrare amplissimum huius disciplinae campum. En! L.B. quo maxime nomine aliquid novi cupiam, a novaturiendi studio ceteroquin alienissimus. Si qua defunt, forte addenda, non erunt tamen, quæ expungere possis, & pro superfluis habere, aut plane alienis. Enucleatiorem, quam animo calamoque conceptam habeo, de hac re doctrinam, alia subnata opportunitate, conspiciendam præbebo, si TVIS quidem oculis illam judicaveris dignam. Interim his utere mecum, &, quæ heic conspicias, ad altiores usus evehe theoreticos æque, ac practicos, in utraque maxime Medicina. Quæ heic litterarum numerorumque distinctionibus in ordinem redacta sunt, ea in ipso huius doctrinae compendario, vel pleniori, systemate distinctis partium, sectionum, capitum, articulorum &c. seriebus ordinanda sunt. Simpliciolem in aliquo huiusmodi conspectu distincta distinguendi modum magis convenire, quam posteriorem, tacite intelligitur. Præter adoptatum vero in præsentī alphabetarium, numeris sociatum, ordinem, non aliud adhuc mihi subit, qui aptior esset, & ad faciliorem evidentiorēque rerum distinctionem adcommodatior. Ceterum longe lateque patent, quæ heic in omnium conspectu sunt. Neque igitur, ut fortassis videri posset, adeo difficile erit, talia opponere, quibus vires Nobiliss. Dn. RESPONDENTIS tentari possint, neque adeo facile, tam amplam tueri doctrinam. Utrunque itaque habemus, quo officiis in amico futuro conflictu inaugurali academico satisfacere possimus.

CON-



* * * * *

CONSPECTVS ANTHROPOTOMES HISTORICO-CHONDROLOGICAE SYSTEMATICVS.

A. PRAECOGNOSCENDA cujusvis (*Pantom. Erudit.*
§. 7-12.), adeoque praesentis quoque Disciplinae
praecipua sunt:

I. *Characteris illius legitima h. e. ad artis Characteri-*
sticae regulas composita, & ad loquendi usum,
quoad licet, adcommodata, seu, quod ajunt,
technica expressio, hujusque characteris aequae
legitimus, h. e. illius objecto exacte conveniens,

& ad ejusdem mensuram debite exæquatus, qui *genuinus* vocatur & *adcuratus*, *significatus*, qui iccirco summam totius Disciplinæ ita exhibeat, ut, unde exeant redeantque à centro ad peripheriam & v. v. qualescumque cujusvis *ordinis*, a primis ad ultimas usque ducendæ ductæve lineæ, exquisitius intelligatur ubique;

II. *Utilitatis necessitatisque* illius penitior consideratio, ne, quod evenit haud raro, *vel* actum agamus; *vel* non agendum sumamus, oleum operamque plane perdituri; *vel* agamus denique, quam alia, & cum rebus nostris conjunctiora, remotiora potius minusve utilia & necessaria;

III. Sollicitior disquisitio, quam de eorum, quæ ita actu *utilia* nobis esse cognovimus, *utiliore* quoque *pertractandi ratione* instituere, fas est;

IV. *Summa*, & universæ præsentis Disciplinæ *objectum* exæquans, *partitio systematica*, secundum quam illa abit in duas principes *partes*, quibus tota illius absolvitur

B. TRACTATIO.

Inde:

I. *Anthropotome historico-chondrologica generalis*, ubi itaque *generatim* præcipue expenduntur *cartilaginum corporis humani*.

1. Numerus,
2. Partitio,
3. Regiones,
4. Superficies,
5. Margines,
6. Anguli,
7. Eminentiaë,
8. Cavitates,
9. Textura,
10. Figura,
11. Quantitas,
12. Situs,
13. Nexus,
14. Differentia, quoad ætatem, sexum &c.

II. *An-*

II. *Anthropotome historico - chondrologica specialis*, in qua considerandæ sunt

a. I. cartilagine *capitis*, quæ sunt:

b. I. cartilagine organi visus, & hæ quidem

c. I. trochleares in angulis orbitæ internis.

c. 2. arcuatæ tarforum palpebrarum.

d. I. - - superiorum.

d. 2. - - inferiorum.

b. 2. cartilagine organi auditus.

c. I. - - organi auditus externi;

d. I. - - auriculæ.

e. I. - - major,

e. 2. - - minores.

d. 2. - - meatus auditorii externi.

c. 2. cartilagine organi auditus interni.

d. I. cartilagine ossiculorum auditus;

e. I. cartilago mallei,

e. 2. cartilagine incudis.

- f. 1. - - corporis,
- f. 2. - - cruris illius;
- e. 3. cartilago orbiculi,
- e. 4. - - stapedis,
- d. 2. cartilago tubæ acusticæ.
- b. 3. cartilagines organi olfactus:
 - c. 1. numeri & figuræ constantioris,
 - d. 1. cartilago narium media,
 - d. 2. cartilagines orbiculi,
 - d. 3. - - alarum narium,
 - c. 2. incerti numeri & figuræ minores, quæ varia occupant priorum interstitia.
- b. 4. cartilagines ossis hyoidis:
 - c. 1. cartilagines articulorum corporis ejus cum radicibus cornuum majorum,
 - c. 2. - - - - cum radicibus cornuum minorum,
 - c. 3. - - - - apicibus cornuum ejus majorum adfidentes,
 - d. 1. frequentiores,
 - d. 2. infrequentiores.
- b. 5. cartilagines processuum ossis temporum stiliformium.

b. 6. cartilagine articuloꝝ maxillæ inferioris c. ossibus temporum

c. 1. - - articulares,

d. 1. in foveis articularibus ossis temporum,

d. 2. in condylis maxillæ inferioris;

c. 2. - - interarticulares.

b. 7. cartilagine ossis occipitis.

a. 2. CARTILAGINES TRVNCI, ubi primum locum occupant

b. 1. cartilagine colli, ad quas spectant:

c. 1. cartilagine laryngis, quem maxime formant

d. 1. cartilago scutiformis,

d. 2. - - annularis,

d. 3. binæ triangulares s. pyramidales,

e. 1. dextra,

e. 2. sinistra &

d. 4. cartilago epiglottidis.

c. 2. cartilagine superioris partis corporis tracheæ in collo locatæ.

c. 3. cartilagine vertebrarum colli.

d. 1. cartilagine corporum vertebrarum colli

e. 1. - - - - - propriæ.
f. 1.

- f. 1. corporis atlantis,
- f. 2. corporum vertebræ 2dæ & 3tiæ.
- f. 3. - - 3tiæ & 4tæ.
- f. 4. - - 4tæ & 5tæ.
- f. 5. - - 5tæ & 6tæ.
- f. 6. - - 6tæ & 7mæ.

e. 2. cartilago corporis vertebræ colli ultimæ, prominentis dictæ, communis (quam nempe communem habet cum corpore 1mæ vertebræ dorfi);

d. 2. cartilagines processuum vertebrarum colli:

e. 1. - - processus dentiformis vertebræ secundæ,

e. 2. - - processuum obliquorum

f. 1. articulares strictius dictæ, processuum nempe

g. 1. superiorum,

g. 2. inferiorum cujusvis vertebræ

f. 2. cartilagines processuum obliquorum vertebrarum colli interarticulares, seu interjectæ articulis processuum obliquorum inferiorum vertebræ primæ cum processibus obliquis superioribus vertebræ secundæ.

e. 3. cartilagines spinosorum processuum
vertebrarum colli.

b. 2. cartilagines thoracis.

c. 1. cartilagines thoracis strictius dicti.

d. 1. - - vertebrarum dorfi.

e. 1. cartilagines corporum vertebrarum
dorfi

f. 1. - - mediae (maiores, horizon-
tales) eademque

g. 1. propriae, interpositae nempe
corporibus vertebrarum dorfi

h. 1. 1ma & 2da.

h. 2. 2da & 3tia.

h. 3. 3tia & 4ta.

h. 4. 4ta & 5ta.

h. 5. 5ta & 6ta.

h. 6. 6ta & 7ma.

h. 7. 7ma & 8va.

h. 8. 8va & 9na.

h. 9. 9na & 10ma.

h. 10. 10ma & 11ma.

h. 11. 11ma & 12ma;

g. 2. - - communis,

h. 1. dicta supra &

h. 2.

- h. 2. ultimæ vertebræ dorfi & primæ lumborum interjecta.
- f. 2. cartilagines corporum vertebrarum dorfi laterales (verticales, minores, costovertebrales) in utroque latere
 - g. 1. superiores,
 - g. 2. mediæ,
 - g. 3. inferiores.
- f. 2. cartilagines processuum vertebrarum dorfi
 - g. 1. - - obliquorum,
 - h. 1. superiorum,
 - h. 2. inferiorum cujuslibet vertebræ;
 - g. 2. - - transverforum.
- d. 2. cartilagines costarum
 - e. 1. posteriores,
 - f. 1. capitulorum majorum,
 - g. 1. superiorum,
 - g. 2. inferiorum;
 - f. 2. - - minorum,
 - g. 1. superiorum,
 - g. 2. inferiorum;
 - e. 2. - - anteriores,
 - f. 1. verarum,
 - f. 2. spuriarum costarum.

d. 3. cartilagine sterni:

e. 1. - - finuum ejus superiorum,

e. 2. - - lateralium,

e. 3. - - interjectæ partibus ejus

f. 1. superiori & mediæ,

f. 2. mediæ & inferiori.

e. 4. cartilago apici ejus appensa, quæ vulgo minus apte dicitur xyphoides.

d. 4. cartilagine reliquæ tracheæ in thorace hærentis,

e. 1. ejus corporis reliquæ,

e. 2. bronchiales.

c. 2. cartilagine partium thoraci proxime annexarum.

d. 1. cartilagine clavicularum

e. 1. propriæ, articulares strictius dictæ,

f. 1. anteriores,

f. 2. posteriores;

e. 2. communes interarticulares.

d. 2. cartilagine scapularum

e. 1. communes, jam dictæ.

e. 2. propriæ,

f. 1. acromiorum,

f. 2. fovearum in istis articularium,

g. 1.

- g. 1. constantiores,
- g. 2. minus constantes, in marginibus acetabulorum in illis.

b. 3. cartilagines ventris.

c. 1. cartilagines vertebrarum lumborum,

d. 1. - - corporum earum

e. 1. - - propriæ.

e. 2. - - communes

f. 1. superior

f. 2. inferior.

d. 2. - - processuum illarum obliquorum

e. 1. superiorum,

e. 2. inferiorum.

c. 2. cartilagines pelvis:

d. 1. - - communis supra dicta,

d. 2. - - propriæ sc.

e. 1. - - processuum primæ vertebræ spur-
riæ ossis sacri superiorum articularium,

e. 2. - - ossi sacro & coccygis interposita,

e. 3. - - inter os sacrum & ilium hærentes,

e. 4. - - horum marginibus superioribus
instratæ,

e. 5. - - ossa pubis firmans,

e. 6. - - acetabula ossium innominato-
rum investientes.

a. 3. CARTILAGINES ARTVVM.

b. 1. superiorum.

c. 1. cartilagines utriusque brachii posterioris

d. 1. - - superiores,

e. 1. capitis ejus,

e. 2. fulci inter bina tubercula capitis,

d. 2. - - inferiores utrinque,

e. 1. - - trochleæ & condyli rotundioris,
capitati dicti f. capitis minoris inferioris,e. 2. - - fovearum trochleæ & dicti con-
dyli rotundi.c. 2. cartilagines utriusque brachii medii f. anti-
brachii.

d. 1. cartilagines ossis ulnæ utriusque

e. 1. - - superiores figmoideæ,

e. 2. - - inferiores in capitulis ulnarum.

d. 2. cartilagines utriusque ossis radii

e. 1. superiores

f. 1. - - articulares strictius dictæ ca-
pitulorum;f. 2. - - non articularis tuberculorum
ipsis subjectorum

e. 2. inferiores,

f. 1. in cavitatibus articularibus & incisi-
vis lunatis,

f. 2.

f. 2. interarticulares, replentes spatia inter ulnarum capitula & ossa carporum.

c. 3. cartilaginee manuum

d. 1. - - regulares.

e. 1. cartilaginee carpi regulares:

f. 1. communis, modo dicta,

f. 2. - - propriae,

g. 1. officulorum primi ordinis,

h. 1. - - navicularis,

h. 2. - - lunati,

h. 3. - - cuneiformis,

h. 4. - - rotundi;

g. 2. officulorum secundi ordinis,

h. 1. - - multanguli majoris,

h. 2. - - - minoris,

h. 3. - - capitati,

h. 4. - - unciformis.

e. 2. cartilaginee regulares ossium metacarpi:

f. 1. posteriores (superiores) in eorum basibus,

f. 2. anteriores (inferiores) in eorum capitulis.

e. 3. cartilaginee regulares digitorum manuum:

C

f. 1.

f. 1. articulares strictius dictæ,

g. 1. pollicis hujusque

h. 1. phalangæ primæ,

i. 1. posterior in utriusque basi,

i. 2. anterior in utriusque capitulo;

h. 2. phalangæ secundæ,

i. 1. posterior, basis,

i. 2. anterior, capituli;

h. 3. phalangæ tertiæ in basi.

Simili modo dispescuntur cartilaginee reliquorum digitorum,

g. 2. indicis,

g. 3. digiti medii,

g. 4. annularis,

g. 5. auricularis.

f. 2. cartilaginee manuum regulares non articulares tendinibus dicatæ.

d. 2. cartilaginee manuum irregulares:

e. 1. sesamoideæ,

c. 2. aliæ.

b. 2. cartilaginee artuum inferiorum

c. 1. regulares:

d. 1. utriusque femoris,

e. 1. articulares,

f. 1.

f. 1. - - superior f. capitis femoris,

f. 2. - - inferior f. condyli femoris;

e. 2. non articulares seu tuberculorum condyloideorum lateralium.

d. 2. cartilagine utriusque pedis inferioris:

e. 1. - - patellæ,

e. 2. - - tibiæ,

f. 1. - - superiores,

g. 1. - - articulares,

h. 1. - - articularis strictius dicta superior f. condyli ejus,

h. 2. - - interarticulares femilunares dictæ,

g. 2. - - non articularis sc. condyli externi lateralis,

f. 2. - - inferior baseos & malleoli interni,

e. 3. cartilagine fibulæ,

f. 1. - - superior f. capitis fibulæ,

f. 2. - - inferiores,

g. 1. - - interna malleoli externi,

g. 2. - - externa in ejus apice.

d. 3. cartilagine regulares pedis extremi:

e. 1. - - tarfi pedis,

f. 1. cartilagine tali,

g. 1. trochleæ illius,

- g. 2. in parte illius concava inferiori,
- g. 3. in parte convexa anteriori,
- g. 4. accedit apex cartilagineus prope colum introrsum versus cui affigitur unum ex ligamentis internis ossis calcis.

f. 2. cartilagines calcanei,

- g. 1. articulares strictius dictæ,
- h. 1. in superficie superiori partis convexæ,
- h. 2. in superficie posteriori partis superioris corporis,
- h. 3. in superficie minori processus lateralis,
- h. 4. in superficie anteriori processus majoris,
- g. 2. non articularis sub eminentia superficiei externæ processus majoris occurrens, cujus structura ad tendineam accedit,

f. 3. cartilagines ossis navicularis,

- g. 1. - - superficiei anterioris convexæ,
- g. 2. - - - - posterioris concavæ,
- f. 4. - - - ossis cuneiformis primi,
- g. 1. in superficie ejus externa laterali concava,

g. 2.

g. 2. in superficie posteriori, triangulari
prope,

g. 3. - - anteriori lunata;

f. 5. - - ossis cuneiformis secundi,

g. 1. in superficie posteriori triangulari,

g. 2. - - anteriori longiuscula,

g. 3. - - in superficie laterali;

f. 6. - - ossis cuneiformis tertii,

g. 1. in superficie posteriori triangulari,

g. 2. - - anteriori longiori triangulari,

g. 3. - - interna latiori,

g. 4. - - exteriori laterali latiori,

g. 5. - - accedit nonnunquam apex
cartilagineus;

f. 7. - - ossis cuboidei.

e. 2. cartilagines utriusque metatarfi regulares:

f. 1. - - primi ossis metatarfi,

g. 1. posterior f. baseos,

g. 2. anterior f. capituli; simili modo
dispertiuntur cartilagines

f. 2. - - secundi,

f. 3. - - tertii,

f. 4. - - quarti ossis metatarfi.

e. 3. cartilagines digitorum pedis regulares:

f. 1. - - pollicis huiusque

g. 1. phalangæ primæ,

h. 1. posterior,

h. 2. anterior,

- g. 2. phalangæ secundæ,
- h. 1. posterior in basi,
- h. 2. anterior in capitulo,
- g. 3. phalangæ tertiæ in basi.

Ita rursus dispescuntur cartilagines reliquorum digitorum pedis

- f. 2. - - secundi,
- f. 3. - - tertii,
- f. 4. - - quarti &
- f. 5. - - quinti.

c. 2. cartilagines artuum inferiorum irregulares:

- d. 1. sesamoideæ,
- d. 2. aliæ. Ejusmodi particulæ vel totæ cartilagineæ sunt, vel saltim in ea superficie, quæ os vicinum respicit.

NOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

DISSERTATIONIS PRAESES.

Diversissima sunt hominum ingenia in litterarum quoque studiis. Sunt nempe felices usque fortis earum cultores, qui, in tribuendis animi dotibus, benignissimum PLASTEN & habent, & habere se intimius persentiscunt, grataque agnoscunt mente, hujusque adfectu acutius exstimulati, ea, quæ DIVINAE debent gratiæ, dona obsolescere non sinunt, futuri, fidem NUMINVM! haud nomine solum, sed natura & operibus, excellentissima atque utilissima Ecclesiæ, Reipublicæ & Familiæ membra.

O terque quaterque beatos!

Alii contra, qui naturam pariter novercam sortiti non sunt, & in quibus magna est ingenii vis, at par quoque levitas, vel nullius,

nullius, adeoque nec bonæ, nec malæ plane, vel alicujus aliquando quidem, sed frustra bonæ, vel malæ, & sæpius pessimæ frugis sunt homines. Videas iccirco ibi prorsus steriles, & quod maxime mirum est, pingues tamen agros, utpote plane incultos derelictosque, & qui ne steriles quidem ferant avenas, novales certe, quam primum innovandos conferendosque. Videas altero casu terram, non infecundam quidem, sed sat feracem, at male feracem, quin immo feracissimam sæpe numero, & cujusvis lolii prodigam, atque doctissimæ impietatis urticis confitam, & plerumque tecti apertive Atheismi fertilissimam. Videas debinc utriusque frugis Litteratos, eos volo, qui, quæ OPTIMO GONDITORI in acceptis referre debent, bona haud ubique quidem male dilapidant, sed non numquam in bonam trabunt partem, at contra ferocientes solum veluti replaudunt, numquam omnino non sui similium plausu, & quidquid etiam boni protrudunt, id omne mox iterum detrudunt evertuntque procaciores, juvencularum instar ferociorum, quæ, lacte turgentes, illud quoque præbent copiose, at emulsum pessum dant recalitrantes. Sunt denique ab hisce omnibus diversi, qui, si non nati, a nativitate tamen facti sunt ad litterarum studia, ut, quod ajunt,

Afinus ad lyram.

Inde istæ Musæ mulæ, de quibus nuper.

TIBI profecto, NOBILISSIME DN. CANDIDATE,

De meliore luto finxit procordia Titan.

Ex quo enim & publicis & privatis interfuisti fori nostri doctrinis, anatomicis, chirurgicis, utrimque tam theoreticis, quam practicis, clinicis denique aliisque, TE ad res TVAS, citra pulveris jactum facile & procliviter expediendas, promptum paratumque, adeoque, ad istas natum, insignioribusque SUMMAE PROVIDENTIAE dotibus instructum esse ornatumque, cognovi. Eja! age, sis & in posterum pervigil providusque demandatæ TIBI, SUMMAE PROVIDENTIAE auspiciis, provinciae custos. Defende strenue huncce locum TVVM, & ne quid usquam ex illo TE dimovere queat, amplius cave & præcave. Quantillo enim TIBI opere persuaderi poterit,

poterit, graviolem majoremque esse, quam minoris, majoris calculi subductionem. Gratulor TIBI hunc in finem, quem felici invenisti successu, a subselliis nostris ad ægrotorum lectulos transitum. Utere & hac, ea, quæ in illis didicisti, in publicos nunc usus convertendi opportunitate. Sis itaque & ex hac parte, quem DEVS, quem ægri, quem boni omnes diligant, firmiterque TIBI persuadeas, magnam quoque vim habere, caste & integre non minus, quam strenue & generose versari in rebus suis. Ita res TVAE in vado salutis erunt, ut ut parentibus orbus, nec Croesi filius sis, aut Nepotismi primatu præpolleas. Vana hujus est gloria, & plerumque turpitudine potius. Reliqua compensant DIVINAE DIVITIAE. Quid ergo, obsecro! obstat, cum virtute pauperem esse, si ita quidem loqui fas est, quum sine ista reapse pauperrimi sint, alius vel opulentissimi? En! quo nomine fausta TIBI omnia, isthisce omnibus præoptanda, præfagiam precerque εὐλοψύχως. Ita vero neutiquam habebis, quod extimescas illam virtutis plerumque comitem, INVIDENTIAM. Utendum est enim cum ipso CICERONE Qu. Tusc. 212. b. dicendi causa, verbo minus usitato, quoniam INVIDIA (quæ solet lacerare plerosque. de Orat. 128. a.) non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo, cui invidetur. Ab invidendo autem INVIDENTIA recte dici potest, cum eodem Oratore Philosopho l. c. 194. b. loqui pergo, & quemadmodum MISERICORDIA ægritudo est, ex alterius rebus adversis: sic INVIDENTIA ægritudo est ex alterius rebus secundis, seu: suscepta (ut habet l. c. 212. b) propter alterius res secundas, quæ nil noceant invidenti. Est autem hujus sæculi labes quædam & macula, virtuti invidere. Verum

oderint, dum metuant, &
metuant, dum supremum agnoscant
rerum humanarum arbitrum.

De me denique, quæcumque in TE a me proficisci poterunt, officia prolixè polliceor spondeoque. Dab. e Museo d. VIII. Aug. cl. l. CCLVIII.